









re, si ultra sex menses suas deseruerint Ecclesias, ut juxta canonicas sanctiones eis debeant merito spoliari. Contra eos quoque, sicut supra dictum est, etiam procedatur, ut ipsos possit suspendere, & excommunicationis sententias, ad eam obedientiam venire compellas. Quod si nec illorum malitia poterit emolliori, eos dil. f. B. tit. S. Suffraganeus presbyter Card. Apollol. Sed. Leg. ab spiritualium administratione removeat, & quibus possit Ecclesiis de personis idoneis faciat provideri, & in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer, si expediat, factius agi possit.

NOTE

Patriarcha. In hac sexta collectione legitur Panormitano, & Dam. Rochus Pyrrho i. i. Sicilia facta in Ecclesia Panormitano, existit. Innoc. III. in presenti scribere Patrio Archiepiscopo Panormitano, sed verius credo, legendum esse Patriarcha Panormitano, & magno ductus fundamento, nam Benedictus Carolus tituli sancte Sufanne, cuius mentio fit in presenti, temporibus Innocentii Legatus S. A. degebat in Patracensi Metropoli, non vero in Panormitana, ut ex gestis Innoc. III. statim referendū apparet. Unde cum Patracensi Archiepiscopo alloqui Innocentium in presenti necessario deducatur, Patras civitas, Paulania & Stephanus filius, Agenoris nepos, qui ab Amycla & Lacedamone majores deducebat, a visito manum ambitu hanc de suo nomine Patras appellavit. Situs eius est in longissima Peloponnesi promontorio, ex adverso Aetolie, & Eveni fluminis: maximeque antiquo fuit celeberrimus ex martyrio D. Andree Apolloli, qui sub Aegae Proconulesi apud eam passus est; necnon ex Sede Metropolitana, quam in eo olim fuisse evidenter probat notitia Constantinopolitana praedicta apud Leuclavium; siquidem in eius sine inter Metropoles Romano Patriarchatu ab ipsius avulsa, Constantinopolitanoque subditas recensentur. Sed longe prius ad hanc Metropolim gradum, saltem quoad honorem, evedam esse, non leviter conicio ex catalogo Metropolitatum, ad quos scripsit Leo Imperator, qui in fine Concilii Chalcedonensis extat, in quo Patracensem Episcopatum inter eos videre est. Huic inter suffraganeos Metropolitae Corinthiorum, episcopa synodica Ecclesia subscripsit, non distinet: sed quamvis ex hoc satis clare probetur, eam suffraganeam non habuisse hujus Concilii tempore; nihil tamen obstat, quo minus inter Metropoles honorarios locum haberet, qui tunc Corinthiorum vero Metropolitae parebant; & inter eas suffraganeos subscripti ut plurimum legantur in Conciliis. Burgundio hujus civitatis Archiepiscopo describit Innoc. III. refert Bolquet, in notis ad ipsum, l. 1. ep. 26. in hac verba: Interim quidam natione Burgundio, electus in Archiepiscopatum de Patras, super Provinciam Achajae universam, ad Apostolicam Sedem accessit. Pro quo nobilis vir Guillelm. Campanien. Princeps Achajae, & Canonici S. Andree de Patras humiliter supplicabant, ut ipsum eis in Archiepiscopatum Summus Pont. concedere dignaretur, remittendo ipsum confirmatum, consecratum, & palliatum. Quod quatenus super hoc facta processit, ipsius litterae manifestant Constantinopolitano Patriarchae transmissae. Inter quatuor, inquit, animalia, quae super Apocalypsin Joannis in medio, ledis & in circuitu existeri describuntur, licet aquila ceteris preponatur, ipsa tamen aliis antecessit. Quod cum per hujusmodi sancta Romana Ecclesia designatur: quae usitato vocabulo, Sedes Apostolica nuncupatur; & per quatuor animalia, videlicet leonem, vitulum, hominem, atque aquilam, intelliguntur quatuor Patriarchales Ecclesiae, videlicet Hierosolymitana, Antiochena, Alexandrina, Constantinopolitana, quae in medio sedis tanquam filia continentur in sinu matris, & in circuitu sedis, fortiter in obsequio Domini preparantur. Scilicet Constantinopolitana Ecclesia inter ceteras est principia dignitate, ut sicut Constantinopolis est nova Roma, sic Constantinopolitana Ecclesia secunda est a Romana, praeterea per Magistrum ceteris fororibus suis privilegio dignitatis: ut secundum evangelicam veritatem erunt primi novissimi, & novissimi primi. Nos qui gratia Redemptoris ipsam Constantinopolitanam Ecclesiam ad Apostolicam Sedem obedientiam, tanquam ad suam redaximus matris suae, privilegio dignitatis ipsius intendimus integram conservare, ne inde nascatur injuria, unde jura nascuntur. Et ideo, licet dilectus filius Nobilis vir Vv. Campanien. Princeps totius Achajae provinciae, & Canonici sancti Andree de Patras, nobis instanter humiliter supplicarint, ut dilectum filium A. electum sancti Andree de Patras, ad Sedem Apostolicam accedentem, quem iidem Canonici in Archiepiscopatum Ecclesiae unanimiter elegerant, eis concedere dignemur, & quod circa personam illius factum fuerat, approbantes, ad eos cum pleno remitteremus honore. Volentes tamen sic eorum petitiones admittere, ut aliis jura sua aequaquam subtrahere videamur: de communi fratrum nostrorum consilio, quod per eisdem Canonicos factum est, tanquam minus canonice procuratum; cum & ipsi minus canonice fuerint instituti, non duximus approbandum, sed necessitate pariter, ac utilitate pensata, postquam de veritate negotii, & statu terrae per juramenta locorum ipsius electi effecti sumus certiores, de potestate a Domino in Beato Petro concessa, ipsam eisdem Ecclesiae Pastorem constituimus, & rectorem, administrationem sibi plenariam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus concedentes, & indulgentes insuper ad cautelam, uta quocumque Catholico Episcopo faciat, cum necesse fuerit, in presbyterum ordinari. Licet autem de plenitudine potestatis, quam habemus a Domino disponente su-

per Ecclesias universas, ac honore ad Ecclesiam eandem consecrationis munere, ac inplere Pallii potestatem insignitum remittere, quia sic te vocavimus in partem sollicitudinis, quod nobis retinimus plenitudinem potestatis, nec facimus cuiquam injuriam, cum utimur jure nostro. Volentes tamen tibi, cui Ecclesia de Patras noster esse subiecta, in tua maxime novitate deserre, ipsam ad te duximus remittendum, ut a te, vel alio de mandato tuo, in Archiepiscopatum consecratus, & palliatus, habeat te, post Romanum Pontificem, & patrem praecipuum recognoscat. Dilecto filio Benedicto tituli sancte Sufanne presbytero Cardinali, Apostolicae Sedis Legato nostris datis litteris in mandatis, ut ea quae praemisimus circa personam ipsius, appellatione remota faciat adimpleri. Quocirca fraternitati tuae per Apostolicam scriptam praecipientes mandamus, quatenus ipsum consecrationis munere ac honore Pallii non differas insignire, ne propter tuum quod abest, defectum ad nos cogatur habere recursum.

COMMENTARIUM

EX his tribus decisionibus sequens communiter deducitur assertio: Clerici non residentes in suis beneficiis, & praebendis, si admoniti, & citati non resident, privantur ipsis beneficiis. Probatur textus in c. placuit 2. 21. q. 2. c. per vices 28. de appell. c. si quis presbyter, c. si quis in clero 7. q. 1. & alii congesti supra commentario primo. Illustrant ultra congesti in presenti a Barbosa, & supra laudatos in dicto commentario primo, Azor. 2. part. inf. l. 7. c. 6. g. 4. Garcia de benef. 3. part. c. 2. n. 131. Solorzano de iure Indiar. l. 2. l. 3. c. 25. n. 45. Scortia in select. Pontif. consil. libor. 152. epist. 102. plures conati ab Hurtado l. 1. de resid. Pastor. resol. 2. Rota apud Uratigoyti des. 1041. ubi declarat huc textum non derogari quoad formam iudicii per Tridentinum sess. 23. de reform. c. 4.

Sed pro dubitanti ratione in praesentem decisionem ita insurgi potest: in presenti specie contra clericum absentem, nec residentem procedi debere per excommunicationem, suspensionem, simileque censuras, c. si quis 1. c. 2. c. non oportet 7. q. 1. quae praxis observanda praescribitur ab Innocentio in hoc c. ex ius, §. contra. Ergo non debet statim clericum excommunicatum in non residendo beneficio privari, contra textum in c. 1. de iudicis. Secundo difficultas est haec assertio, quod per legitimum tempus expectari debere; nam in notoriis juris ordo est ordinem juris non observare, c. quoniam, de filii presby. c. ad nostram, de jurat. Sed cum clericus abest a propria Ecclesia, notum est, nolle in ea residere: igitur necessaria non est citatio, seu similis monitio. Augeret haec difficultas ex textu in c. ex ius, §. quia vero, de praeb. ibi: Alioquin illa se sciat auctoritate hujus decreti privandum: ubi expressse docetur, clericum non residentem privatum esse beneficio ipso iure: igitur non est necessaria monitio, ut redeat ad propriam Ecclesiam. Accedit etiam, quod ubi dies certus apponitur, & poena adiicitur, non datur morae emendatio, vel purgatio, l. transiitio, §. de illorum, ff. de obi. c. ad l. quoniam, c. de contrahend. stipul. sed in presenti casu clericus non resident, et ipso legitimo tempore, est imposita privationis beneficii poena, h. c. ex ius, §. quia vero. Igitur etiam post monitionem, dicitur ad propriam Ecclesiam, non potest beneficium recuperare.

Quibus difficultatibus minime obstantibus vera est praesentis assertio, pro cuius expositione praenotandum est, clericum non residentem in propria Ecclesia, beneficio privandum esse, ex iuris supra adductis; eaque privationem faciendam esse post citationem, si adhuc non comparere intra terminum sibi praefixum. Iam in l. si ex legit. n. 14. de verb. obi. quia dies in ipsa monitione adiecta, interposita interpellat pro homine, c. poena, de locato, etiam ignorante; l. ad dictum, ff. de verb. obi. licet interpellatio tantum constituat in mora debitorem scientem, l. quod te movet, ff. de rebus creditis; in diectionem a jure assignata non potest dari illa ignorantia causa; in interpellatione vero ab homine facta necesse debitor quando interpellandus sit: quo modo exponendi sunt textus in c. licet, de elec. in c. 1. Celsus, ff. de arbitris, l. si quis post res, ff. si quis cautionibus, l. qui Romae, §. Flavianus, ff. de verb. obi. docent Gilan. Dur. & Cujac. in l. in insularum, ff. de verb. obi. Contra Praetatos igitur, vel beneficiarios absentes iure communi attentio hoc modo proceditur, ut si absentes citati non possint, quia est in loco valde remoto, vel non tuto, tribus edictis citabuntur, ex praesenti textu; nec sufficit una citatio peremptoria: cum agatur de poena privationis beneficii, juxta textum in c. 1. de ius, §. de ius, c. de ius, c. 1. Si autem notum sit ubi degat, citatio personalis desideratur, c. ex parte, c. si quis, hoc tit. hodie tamen hac citatio non est necessaria, sed sufficit absentem citari per edictum, juxta formam praescriptam in Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. & si ita citatus venerit, iustamque absentiam causam allegaverit, privari beneficio non debet, c. inter, hoc tit. quia ubi non datur contempus, non datur poena, l. Pater 17. ff. de cond. c. demonstratio. Nec obstat prima difficultas supra exposita, pro cuius solutio-

Concilio traditur & probatur.

Traditur ratio de iudicis.

De poena privationis beneficii.

Respondetur diffinitive.

lutione aninadverit Panormit. in presenti, quod licet poena ordinaria non residentis, sit beneficii privato, tamen Episcopus potest contrare eam poenam, & incipere ab excommunicatione, vel suspensione, c. placuit 21. q. 1. & si adhuc contumax fuerit in residendo, privari debet ipso beneficio, ex supra traditis. Nec secunda difficultas obstat; nam licet notoria sit absentia Praetati, desideratur adhuc citatio, seu monitio; quia non ita notoria est ejus contumacia, siquidem ex iuris causis, & a jure approbatus potest abesse a propria Ecclesia; unde monetur ut veniat intra certum tempus, casusque proponat; ne si forte ex iusta aliqua causa abest, inaudita proprio beneficio spoliatur: probatur Solorzano l. 2. de iure Indiar. l. 2. c. 25. n. 45. Difficilis est augmentum ipsius dubitanti rationis, deductum ex dict. cap. ex ius, §. quia vero: pro cuius solutione varia iure Interpretes adduxerunt. Garcia de benef. 3. part. c. 2. n. 138. existimavit in eorum referri novam Concilii Lateranensis functionem, qua sub late, & antiquate sunt praesentes decisiones. Sed hoc solutio aperte vincitur ex c. final. hoc tit. cuius auctor est Gregorius IX. qui floruit post dictum Conc. Lateranense, & docet clericum non residentem spoliandum esse: Ergo quia ipso iure non est privatus. Aliter Locherius l. 3. de re benef. q. 27. n. 47. distinguunt privationem beneficii ab eius poena executione, ita ut ad privationem non sit necessaria ulla monitio; quia ipso iure fit, & contingit, ex dict. c. quia vero; at vero de executio ipsius poenae, quia facienda est per sententiam declaratoriam, juxta textum in c. cum futurum, de heret. necessaria est monitio, nec poenam privationis admittit Locherius equaliter in omnibus beneficiis, sed tantum in illis, in quibus desideratur residentia a jure divino, exceptis Episcopatus, cum nulla reperitur iuxta ecclesiastica, quae Episcopis non residentibus poenam privationis ipso iure imponat.

Sed haec interpretatio convincitur ex ipsi iuris, quibus adhibetur, videlicet ex praesentibus, c. inter, c. ex ius, ubi agitur de beneficiis parochialibus, ut ex eorum littera constat, & adhuc ab Innocentio III. existit monitio. Accedit, nam si juxta Locherium monitio haec tantum fieret ad executionem poenae, non expectaretur per sex menses possessor beneficii, ut si residere velit, beneficium retineat; sed statim privandus erat beneficio: igitur quia talis monitio non solum fit ad executionem poenae, sed ad ipsam privationem faciendam. Thomas Hurtado de resid. d. resol. affirmat in d. q. quia vero, non excludi monitionem, quam in presenti existit Innocentius; sed textum illum esse accipiendum praecedente monitione. Verum ista solutio omnia magis placet interpretatio Germonii l. 1. animad. c. 17. qui ut jura haec componat, affirmat clericum non residentem in sua praebenda, aut beneficio, illo privari ipso iure, ut in aliis casibus a jure statuit, in quibus haec privationis poena imponitur, ut in c. de cleric. conu. c. cum ex eo, de elec. in d. Sed discrimen agnoscit inter beneficiarios praesentes, & non residentes, & inter absentes; ita ut praesentes, & non residentes, ipso iure beneficiis priventur absque ulla monitione; absentes vero prius monendi sunt; quia possunt abesse ex iusta causa, quam si probaverint coram Episcopo, beneficio privandi non erunt; quae distinctio magis convenit decisionibus sub hoc titulo a Raymundo, & compilatis, in quibus agitur de beneficiariis absentibus, qui a necessario monendi sunt, cum in eis non reperitur notoria voluntas non residendi, ut in illis, qui cum praesentes sunt, residere volunt. Nec tandem obstat ultimum augmentum dubitanti rationis; nam in presenti casu non expectatur absens per sex menses, ut mora purgetur, sed ut allegata, & probata iusta absentiae causa, privatio beneficii cesset, quae est poena non residentis sine causa.

C A P U T XII

Idem a Alifiodorensi Episcopo.

TUa fraternitatis discretio postulat. Et infra: Quasi visiti praeterea, ut cum interduo Canonici, quibus studio-rum gratia est indulium, ut in absentia sua fructus praebendarum suarum, accepta licentia, si ad villas transferant, vel castella, in quibus nullum est, vel minus competens exercitium studiorum; utrum praebendam suam fructus sine talibus conferendi? Ad quod breviter respondemus, eis, qui hujusmodi fraudem committunt, cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium imperiri, praefatam indulgentiam competere non debere.

NOTE

A Alifiod. Ita etiam legitur in 3. collect. sub hoc tit. c. 4. De Ecclesia Alifiodorensi, & Guillelmo eius Prae-

to, cui in praesenti rescribit Innocentius nonnulla notavi in c. 14. de presbiter. & commentarium hujus textus dabimus in c. licet, de prob. ubi de privilegio percipiendi fructus ab absentibus causa studiorum, plane agemus.

C A P U T XIII

Honorius III. V. Praeposito de a Valeris.

EX parte tua fuit propositum non nobis, quod tempore, quo Praepositurae de Valeris recipisti, praesentibus de facienda residentia, quae obligatam nuncupatur, in Ecclesia S. Martini Turon. in qua praeposituram eandem obtinens, & juramentum praesentibus insuper juramento, promittens quod homines, & jura ipsius Praepositurae d. manentibus, & defendas. Cum autem praepositura praepositurae jura residere interdum in Ecclesia memorata non possis, de juramento super ipsa residentia praesentibus metuens, provideri tibi super hoc a nobis humiliter postulasti. Nos vero dictum, quod si te non absentando in fraudem, Praepositurae tuae jura fideliter prosequaris, quum ex hoc censei debeas residentis, perjurium non incurris.

NOTE

V Praeposito de Valeris. In presenti in 5. compilatione Praelecto, edita a Cironio, sub hoc tit. c. 1. idem, Praelecto, seu Praefuli de Valeris, Ecclesiae S. Martini Turonensis; hoc enim nomen a civili potestate ad ecclesiasticam transit; & praepositi Ecclesiarum Praelectus appellari ceperunt, Galtridus l. 1. epist. 11. ibi: Dicitur est mihi, quod Hugo Praepositus Carnotensis Ecclesiae. Ivo Carnot. epist. 98. ibi: Causam, quam adversus te habet praedictus Gaudridus de praepositura. Notarunt Bolquetus ad Innocent. III. l. 1. epist. 54. Caxar de ecclesiast. hierarch. disp. 12. §. 4. & nonnulla adduxi in c. verbo Praepositus, de temp. ord. Ecclesiae autem haec D. Martini a B. Perpetuo Turonice Sedis Praefule constructa fuit, in eaque translata ejusdem Sancti corpus, ut ex Severo Salpicio refert Cironius in notis ad hunc textum: plura de ipsa Ecclesia referunt Gregorius Turon. l. 2. hist. cap. 14. Ypes in chron. D. Benedicti, anno 552. c. 2. Chopinus l. 12. de sacra pot. tit. 6. n. 14.

Ligam. Haec verba omisa sunt a Raymundo, sed apprimè explicat obligationem residentiam, quam Honorius ligam dixit, ut significaret residentiam continere integram dedicationem, & totalem subjectionem. Ligam enim est obligatio standi semper a paribus Domini, qui promittitur. Divus Bernardus epist. 320. ibi: Nam illa die nisi Petri Leonis omnes nos humiliter ad pedes Domini Papae, & facti sunt de Roberto Sicilie Rege, qui se Romano Pontifici ligam spondendo, referunt in Clement. Pastoralis, de re iudic. & Matheus Parisius in vita Offa, primi, ait: Offano filio suo ut usque in g. Offario, verbo Ligas, Gerardus Vossius de virtutibus, l. 3. c. 20. Unde Honorius refert Praepositum de Valeris promississe residentiam ligam, idem integram, & totalem; ut

praesentibus vassalli Dominis suis, juxta tradita a Vossio ubi proxime; beneficiarii enim, & ceteri Praefules debent assidue residere in propriis, c. ad hoc de prob. Unde in eis dicitur collati, 7. Synodus, can. 17. assilui, c. ad hoc, de prob. & plenarumque incardinati, ut notavit Cironius in presenti.

Juramentum. Idem enim, quod caeterae officii, ac muneris est, ex statuto, vel praxi Ecclesiae juramento firmari potest; unde quia residentia in propria Ecclesia officio pastoralis annexa est, ideo juramentum de residentia canonice exigere permittunt; nec dubium quin ordinum functiones, & habitus clericalis gestatio, vel alia hujusmodi, quae ecclesiasticis legibus sancita sunt, juramento promitti possunt, ac debeant, eo modo, quo caeteris ordinis ecclesiastici ex lege annexa, in Subdiaconatus susceptione voveri dicuntur, juramentum enim suscipere obligatio potest esse vinculum, & in legum custodia, ac munimentum adhiberi; quia sicut pro veritate indaganda, ita pro justitia munienda juramentum exigere potest. Facit Novella 6. Justin. c. 1. licet pro rebus, quae tunc, aut expresse non veniant in ipsa ordinatione, juramentum exigere non possit absque simonia labe, c. Alifiod. de major. c. obid. agnovit Gofridus Vindecim. l. 2. epist. 11. docuit Helierius de sacris elec. sed. 7. §. 7. Etiam ab ordinatis, seu promissis juramentum de observandis omnibus Ecclesiae canonibus exigere non debet, propter periculum perjuri. Synodus Cabilan. 2. c. 13. ibi: Dicitur est de quibusdam fratribus, quod eos, quos ordinari sunt, jurare cogunt, quod digni sunt, & contra canones non sint facturi; & obediuntur sunt Episcopo, qui eos ordinat, & Ecclesiae; in qua ordinantur; quod juramentum, quae periculosum est, omnes qui inibiendum statuiunt. Potest tamen simile juramentum de canonibus observandis, ab ordinatis, promissis ad ecclesiastica beneficia exigere, quando per tale juramentum intenditur discipulus.



plina ecclesiastica fuis; & numerum gradus, vel beneficij suscepti implementum; non tamen, ut qui ita juravit, teneatur sub perjurii reatu omnes Ecclesie canones servare: quo modo accipiendum est Concil. Tolet. 11. can. 10. juncto Hallerio ubi supra, §. 6. in fine.

Uit olim primum mos non referendi, tam alte infixus in animis Pastorum, & Curatorum, ut cautum sit in Capitulis Caroli, & Ludovici filii, l. 5. tit. 108. secundum conditionem Frederici Lindembrogii, ut presbyteri, qui in titulis consecratur, secundum canones, antequam ordinentur, promissionem stabilitatis loci illius faciant. Hac residentia

CAPUT XIV.

Idem a Capitulo Metensi.

Um dil. f. Magister Otho b scriptor noster, Canonicus Ecclesie vestre grata nobis jugiter impendat obsequia & non minus si sit absens, quam presens, idem Ecclesie utilis habeatur, universitatem vestram rogandam duximus & monendam, per Ap. vob. scripta mand. quatenus eidem in nostro servitio commoranti, ob reverentiam Apostolicæ Sedis & nostram, annuatim fructus præbendæ suæ integraliter assignent, satisfactis sibi congrue de subtrahitis non obstante consuetudine, quæ super hoc contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanasse, cum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent universis, minori non debeant prerogativa gaudere, quam vestrum singuli, quorum negotia per ipsos sæpius promovenur.

NOTÆ.

M etensi.) Ita etiam legitur in 5. compilatione Honorii III. (sub hoc tit. c. 2. Metensis Civitas, vulgo Metz, principalis est Gallie Belgicæ, in qua olim sedem habebant Reges Gallie Orientalis, ut refert Yepes 1.2. chron. D. Benedicti, cap. 2. anno 632. habuit Episcopalem Cathedram jama primis Ecclesie saculis, siquidem primus ipsius Episcopus fuit S. Clemens, S. Petri discipulus, & S. Clementis Pape patrus cognomento Flavius, ut refert Bænelius 1. 1. Germania sacra, fol. 35.

Temporibus Innocentii III. jam Roma fuisset scriptores, seu scribas litterarum Apostolicarum, constat ex c. dux, de crim. falsi; eorum originem refert Polidorus Vergilius de invent. var. l. 8. c. 2. illis verbis: Ab initio fuerunt scribae, qui litteras scriberent Apostolicas parvo, vel nullo pretio, secundum illam Salvatoris præceptam, Gratis accipitis, gratis date. At deinde Joannes XXII. collegium Scribarum Apostolicorum primus numero distinguit. Privilegia ipsorum, & Collegii in refert Coelius in not. Card. c. 24. c. Obsequiales vocabatur.) Facit Cassiodorus l. 3. ep. 1. ibi: Idcirco presentis justione decernimus, ut domus Patrii Agnellii ad Africam discedentis, qui regnum petens alterius nostris est utilitatis serviturus, falsis legibus tua civitate ne vallerit, ne violentos cujusquam impetus, subtrahat domini defensione, patiatur. Pervix sunt enim semper injuriis facultates absentium, & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, quæ non potest annuum pervadentis de persuasione terere. Ideoque Celsitudo vestra, quam votum pium est habere vicinamgentis, erigat humiliter, eripiat opprimendos, & quod potestibus rarum est, proficiat cunctis, qui universis celsior invenerit.

CAPUT XV.

a Metensi Episcopo.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod cum in Meldensi Ecclesia quadam sit b constitutio inita, juramento vallata, & auctoritate Sedis Apostol. confirmata, ut videlicet ejus Canonici, qui per sex menses non resederint in eadem, suarum priventur fructibus præbendarum, illis dumtaxat exceptis, quos infirmitas proprii corporis excusaret, sive ad Apostol. Sedem accedere, vel in ejus servitio contingerit detineri, quousque peregrinationis labor, aut studia traherent litterarum; Decanus, & quidam alii Canonici Meldenses occasione constitutionis hujusmodi Canonicos in tuo servitio commorantes, præbendarum suarum private fructibus moliantur. Unde cum tibi plurimò expedit aliquos Canonicorum ipsorum in tuo servitio retinere, nobis humiliter supplicasti, ut super hoc necessitati tue Apostolicæ dignemur provisionis moderamine providere. Volentes igitur constitutionem moderari prædictam, ut dicta Ecclesia fructum sentiat ex eadem, & tu per ejus absumendum non incurras; presentium auctoritate decernimus, ut duo ex Canonicis Ecclesie memorata in tuo servitio existentes, suarum fructus e integre percipiant præbendarum, cum absentes dici non debeant, sed presentes, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesie servitio commorantur.

NOTÆ.

Meldensi.) Ita etiam legitur in c. fin. hoc tit. in consil. de Ecclesia Meldensi nonnulla notavi in c. 1. de consil. b Constitutio.) De his statutis, seu constitutionibus Ecclesiarum, quatenus Canonici ligent, egi in cap. cum omnes 6. de consil. c Integre.) Exceptis distributionibus quotidianis, juxta adducta in c. de cetero, ubi textum hunc expolui, hoc tit.

CAPUT XVI.

Gregor. IX. Patriarcha a Antiochia Ap. Sedis Legato.

Um ad hoc sint Ecclesiastica beneficia deputata. Et infra: Sane nobis innotuit, quod Ecclesia Antiochena multis ex servitoribus ejus absentibus, est fere destituta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgentibus, & prædecessorum morum licentia absentes Canonici & b assiduos revoces ad residendum in Ecclesia supradicta; & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesia facias congrue deserviri, in utilitatem ejusdem quod ex præfatis beneficiis superaverit convertendo.

NOTÆ.

NOTÆ.

Antiochia.) De Patriarcha hoc Antiocheno, & ejus ditione nonnulla notavi in c. 1. de transit. Episcop. b Assiduos.) Assidui alio nomine Mansueti sunt illi, qui in Ecclesiis Cathedralibus assidue, & veluti permanentes officium canendi in choro, divinaque officia celebrandi habent, quorum mentio fit in c. si quis Episcopus 1. q. 1. qui canonicis inferiores sunt, ab eisque regulariter differunt in stallo, choro, & voce in Capitulo; dicunturque vulgari nomine, rationes: docent Alberic. in dictionario, verbo Assidui, Selve de benef. p. 1. q. 2. n. 27. Zecchius n. 2. Petrus Greg. a n. 11. Azor. c. 9. §. 10. l. 6. infra. 1. 2. Casar. de Eccl. hierarb. q. 2. procm. n. 17. licet Cujacius in presenti velit, assiduos esse Capellanos choro inservientes valdeque differre a mansuetiis, qui Paronarii dicuntur in lib. 46. C. de Episcop. cler. can. 2. Synodi Chalced. & hujusmodi portonarios esse de Capitulo, in eoque vocari habere, si in ipsa erectione Ecclesie caveatur, probat Solorzano 1. 2. de jure Indiar. l. 3. c. 4. n. 9.

COMMENTARIUM.

Ex hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Si patur Ecclesia ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem provenientium beneficii reside coguntur. Quæ assertio singularis est in jure, probari tamen per argumentum potest ex c. queris, de anat. & qualitate, & aliis infra referendis. Illustrat Gregorius Lopez in l. 4. glossa 6. tit. 5. p. r. Petrus Gregorius in rr. 6. de consil. c. benef. c. 7. & alii congesti a Barboza sic.

Sed pro dubitanti ratione in hac assertionem ita insurgit potest: Indultum a jure beneficium non estalicium aucterendum, regul. Indultum, de reg. jur. in 6. nec potest Ecclesia venire contra factum proprium, l. post mortem, ff. de adopt. vel dicere injus factum superioris, l. libero, ff. de obsequiis. Sed si absentes propria Ecclesia ex justa causa coguntur reside in ea, auterur beneficium indultum, & Ecclesia venit contra factum proprium: Ergo sustineri potest præsens decisio. Accedit nam absentes a proprio beneficio, coguntur in eo reside sub poena privationis beneficii, ut probavi in c. 2. c. relatum, hoc tit. Igitur si absentes ob defectum ministrorum cogendi sunt reside, non per subtractionem provenientium, sed sub poena privationis cogendi sua reside ad Ecclesiam.

Qua dubitanti ratione non obstante, vera est præsens decisio, quæ pluribus firmatur juris principiis. Primo, quia privilegium concedi non potest in præjudicium divini cultus, ex c. par. de consil. nec etiam juramentum est servandum, quando incipit esse damnosum Ecclesie, c. si quis, c. ex litteris, de jurat. c. 1. de his que sunt a majori parte, Secundo, quia indebit conceditur privilegium ad hunc causam extendi non potest, l. si quando, C. de inoffic. testam. quia credi non potest, quod si concedens a principio similem casum prævideret, tale privilegium concederet; & sic res pervenit ad casum, a quo incipere non poterat, ac per consequens vitatur, l. pluribus, §. si placet, ff. de verb. obl. l. Grævius, §. sed cum duo, ff. de fidejuss. Tertio, quia quilibet concessio semper intelligitur facta rebus sic stantibus, l. quod servus, ff. de consil. causa data, ne quis videatur onerari in infinitum, l. si quis vivus, ff. de periculo commodo, l. qui bona, §. si qui;

CAPUT XVIII.

a Idem.

Clericos in Ecclesia tue jurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt, asecutos, si ad alterius diocesim absque licentia tua morandi causa transferint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis ( nisi excusationem rationabilem ostenderint ) spoliare.

NOTÆ.

Gregorius IX. videlicet: cui Pralato referbat in c. ex tua, supra hoc tit.

TITULUS V. De Præbendis, & Dignitatibus.

CAPUT PRIMUM.

Ex Consilio a Pictaviensi.

Ut nullus de Clero, sive populo b ecclesiastica bona e jure consanguinitatis sibi requirat habenda.

NOTÆ.

Pictaviensi.) Ita etiam legitur in c. 1. hoc tit. in 1. c. l. ubi additur, pars capituli dicitur, ut etiam habetur in c. 2. de consil. elevi, sed presentem canonem non reperiri in Conc. Pictav. notatur Ant. Aug. in presenti, Quintandevana Ecclesie, l. 2. n. 1, sed inter canones hujus Concilii editos a Baronio n. 100. n. 19. Severino 2. 3. Conc. p. 1. Coriolano in summa Consil. fol. 489. reperitur hac verba, prout in presenti referuntur: & quia primus canon ipsius Concilii incipit decretis 3. Synodus, ideo in d. 1. collect. in epigrapha hujus textus, & d. c. 2. de consil. adjicitur pars De D. Gonzal. in Decretal. Tom. III.

capitis dicitur, quasi in eis referantur partes ipsius canonis 1. Historiam hujus Concilii jam dedi in c. 1. de anat. c. qualis c. 1. de filiis presb. ubi alii canones ipsius Concilii referuntur. b Ecclesiastica bona.) Cum veteres glossatores, & classici repetentes ad hanc textum, Conc. ipso Pictaviensi, & ejus canonicis caruissent, ex conjecturis tantum fuerunt sententiam hujus textus inquirentes, in varias divisi verum sententias. Glossa verbo jure sanguinis, & Hostiensis hic, quos sequitur Quintandev. d. 2. p. n. 9. existimantur bonorum Ecclesiasticorum nomine in presenti intelligi ea bona, quæ Ecclesia temporalis dominio habet, & alienari prohibetur in c. non licet, 12. q. 2. c. nulli, de rebus Eccl. in quibus propter

BIBLIOTECA CENTRALIA